

APPENDICE

f. 18v

SERMO ANSELMI EPISCOPI ⁽¹⁾.
DE CARITATE.

Radix est et fundamentum virtutum omnium caritas, in qua qui offendit factus est omnium reus ^(a) ⁽²⁾, quia qui peccat in Spiritum Sanctum non remittetur ei ^(b). Remissio siquidem peccatorum Spiritus Sancti munus est ⁽³⁾ et Spiritus Sanctus caritas est ⁽⁴⁾. Qui ergo in caritatem peccaverit, nec alicuius boni perfectionem nec peccatorum suorum remissionem, vel in hoc seculo vel in futuro ^(c), mereatur accipere ⁽⁵⁾. Unde etiam fit, ut inter proximos nequaquam exhibitio bone operationis accepta diu persistere possit, nisi prodeat ex radice non ficta dilectionis ⁽⁶⁾. Sola enim vera caritas est que impetu Spiritus

(a) Giac. 2, 10. (b) Matt. 12, 32; Luca 12, 10. (c) Matt. 12, 32.

(1) Bruxelles, *Bibl. Royale*, Ms. 18644-52, ff. 18v-21v.

(2) Cf. S. AUGUSTINI *Ep.* 167, cap. V, 16, ed. in *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*, (d'ora in poi l'abbrevio con *CSEL*), XLIV, Vindobonae, 1904, pp. 603-604. Sulla presenza in altre opere di Anselmo dei termini paolini di *radix* e *fundamentum*, *radicati* e *fundati*, ved. la p. 71 di questo studio.

(3) Cf. *Giov.* 20, 22: « Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt ».

(4) Cf. S. AUGUSTINI *De Trinitate*, l. XV, cap. 19, n. 37 (MIGNE, *PL* 42, col. 1086): « ... si in donis Dei nihil maius est caritate, et nullum est maius donum Dei quam Spiritus Sanctus, quid consequentius, quam ut ipse sit charitas ... ». Vedi le pp. 49-50 di questo studio.

(5) Cf. S. AUGUSTINI *De sermone Domini in monte* I, cap. XXII, n. 75 (MIGNE, *PL* 34, col. 1267).

(6) Cf. S. AUGUSTINI *De spiritu et littera*, c. 14, n. 26, ed. in *CSEL LX*, Vindobonae, 1913, p. 180: « ... non enim fructus est bonus, qui de caritatis radice non surgit ... ». Che senza carità tutti gli atti sono infruttuosi si basa su *1 Cor.* 13, 3.

regitur, nec consilio humano nec deliberatione fulcitur, que tanto latius propagatur, quanto liberior fuerit mens cui inseritur.

Diligamus ergo nos invicem, quia caritas Deus est ^(a), ut per hanc supereminentem scientie caritatem Christi ^(b), que nunquam excidet ^(c), possimus comprehendere. Tunc autem vere diligimus, quando bonorum fructuum incrementa in fratrum cordibus multiplicamus, quando eorum corda || Sancti Spiritus donis ditare festinamus. Deum namque non amare convincuntur qui, sue tantum salutis intendentes, conspectis proximorum vulneribus, solatium medicamenti subtrahunt ^(d). Ex tantis siquidem rei sunt, quantis prodesse potuerant. Hinc Paulus dicit: Non que sua sunt singuli considerantes, sed que aliorum ^(d) ⁽²⁾. Et rursus: Si Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ut qui vivunt iam non sibi vivant, sed Eius qui pro omnibus mortuus est ^(e) ⁽³⁾. Qua enim mente servus Christi utilitati proximorum salutem ^(aa) preponat suam ^(bb), quando ipse Patris Unigenitus, ut multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum? Hinc etiam pastor Ecclesie, cum Salvatori nostro, inquirenti an se amaret, tertio respondisset dicens: Tu scis quia amo te, pro trinis audivit: Si diligis me, pasce oves meas ^(f). Cum ergo cura proximi probatio sit dilectionis ⁽⁴⁾, Deum profecto non amat qui fraterne salutis propriam utilitatem preponit.

(a) 1. *Giov.* 4, 7-8. (b) *Efes.* 3, 19. (c) *Cor.* 13, 8. (d) *Filip.* 2, 4.
(e) 2 *Cor.* 5, 14-15. (f) *Giov.* 21, 15-17.

(aa) *Ms.*: secretum. (bb) *Ms.*: suum.

(1) Vedi la p. 51 di questo studio.

(2) Cf. la lettera di Anselmo a Ponzio, abate di Frassinoro, in *Chronicon Hugonis monachi Viridunensis et Divionensis, abbatibus Flaviniacensis*, ed. in *MGH SS* 8, p. 444.

(3) Vedi la p. 62 di questo studio.

(4) Cf. S. AUGUSTINI *Tractatus CXXIII in Ioannis evangelium*, ed. a cura di R. WILLEMS, *Sancti Aurelii Augustini In Joannis evangelium tractatus CXXIV*, Turnholti, 1954 [*Corpus Christianorum, Series Latina*, 36: *Aurelii Augustini Opera*, Pars VIII], p. 678. Vedi anche il c. 43 del I libro della *Collectio canonum* di Anselmo (F. THANER, *Anselmi episcopi Lucensis Collectio Canonum una cum Collectione Minore*, I-II, Oeniponte, 1906, 1915, p. 24) e la p. 50 di questo studio.

Omnes quidem Deum Patrem presumimus invocare et celestis regni gaudia sanctorumque omnium communionem et consortium postulare non timemus, per viam tamen sanctorum, per artam et angustam viam ^(a) que ducit ad vitam, ambulare nolumus, Redemptoris nostri vestigia sequi contempnimus, mandata regis eterni superbiendo, inobediendo concalcamus. Concupiscit anima nostra in atria Domini ^(b), sed deficere recusat a vanitatibus huius seculi. Sedere ad dexteram Patris cupimus, sed calicem Christi bibere nolumus ^(c). Vocat ipse et renitimus ^(d), pulsat ad ostium nostrum ^(e) et aperire negligimus. Cum eo esse et regnare desideramus, sed tamen vana et caduca huius seculi gaudia toto affectu amplectimur. Consolationis eius participes fieri volumus, sed societatem passionis eius abhorremus ^(f). Delectat eternum in sublimitate glorie pondus, sed momentaneum et levis tribulationis subire refugimus ^(g).

Ubi est ergo quod ipse dicit: Si quis diligit me, sermonem meum servabit ^(h)? Et alibi: qui audit verba mea et facit ea ⁽ⁱ⁾, ipse est qui diligit me. Nonne ipse in evangelio clamat: qui amat animam suam, perdet eam ^(j), et qui perdidit animam suam || propter me, inveniet eam ^(k)? Et alibi: Non potestis Deo servire et mammonae? ^(m)

Laborem ergo pro correctione fraterna et defensione fidei et matris Ecclesie constantissime debemus assumere, et pro amore Dei cum omni mansuetudine sufferre ⁽ⁿ⁾, quatinus per hanc pressuram, deponentes omnem malitiam et viciorum spurcitiā, veniam consequi mereamur et plenam indulgentiam ^(o). Si adversitas huiusmodi seculi

(a) Matt. 7, 14. (b) Salmo 83, 3. (c) Matt. 20, 23. (d) Prov. 1, 24.
(e) Apoc. 3, 20. (f) 2 Cor. 1, 7. (g) Giov. 14, 23. (h) Matt. 7, 24. (i) Giov. 12, 25.
(j) Matt. 10, 39. (k) Matt. 6, 24; Luca 16, 13.

(1) Vedi la p. 62 di questo studio.

(2) Cf. il c. 177 del libro VI della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit., p. 349).

(3) In quest'affermazione riecheggia *Prov. 10, 12*: « universa delicta operit caritas »; vedi anche *1 Pietro 4, 8*: « Ante omnia autem mutuam in vobis metipsis caritatem continuam habentes, quia " caritas operit multitudinem peccatorum " ». Cf. anche il c. 31 del libro IX della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit., p. 469): « caritas . . . operit multitudinem peccatorum. » (La fonte scritturale non v'è identificata dal Thaner).

diu duratura esset, si prosperitas diu nobiscum manere posset, illa merito frangeret, et ista ab amore Christi separaret. Sed cum momentanea sint omnia, adversa simul et prospera, quid est quod nos a caritate omnipotentis Dei separare habeat ^(a)? Neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura ^(b). Quantoquippe mundi huius finis appropinquat, tanto hostis callidi versutia adversum nos temptamenta graviora multiplicat, et quasi in senio, cumulat iniquitatibus velut quibusdam anime languoribus, sincere dilectionis ardor extinguitur ^(c).

Ecce nunc iterum tempestas in mari orta est, navis in mari medio iactatur fluctibus ^(d). Dormit enim in medio navis Christus ^(e) et quia Iudas adhuc in navi est, turbatur Petrus. Petrus in sua navi securus navigat, nec timet fluctus neque procellas. Mittit in dexteram navigii rete ^(f) et multitudinem attrahit copiosam. De qua si egressus fuerit, statim incipit mergi et a Christo modice fidei dicitur ^(g), quoniam extra Ecclesiam Petri fides inanis est, sicut de ea beatus scribit Ambrosius ^(h). Constat catholicum non esse qui non concordat Romane Ecclesie ⁽ⁱ⁾. Hoc est templum Domini ^(j), quod vir sanguinum ^(k) edificare non potuit, sed solus pacificus noster, sumptis tamen necessariis ab Hyram rege Tyri ^(l), construxit ^(m).

(a) Rom. 8, 35. (b) Rom. 8, 38. (c) Matt. 14, 24. (d) Luca 8, 23.
(e) Giov. 21, 6. (f) Matt. 14, 31. (g) 1 Cor. 3, 16, 17; 2 Cor. 6, 16. (h) 2 Reg. 16, 7, 8.
(i) Cf. 3 Reg. 5.

(1) Questo cenno alla vicinanza della fine dei tempi e alle calamità che sottolineano quasi la vecchiaia del mondo rientra nel clima generale escatologico del secolo XI. Cf. R. MANSELLI, *La « Lectura super Apocalipsim » di Pietro di Giovanni Olivi. Ricerche sull'escatologismo medioevale*, Roma, 1955 [Istituto Storico Italiano per il Medio Evo, Studi Storici, fasc. 19-21], pp. 32-37.

(2) Cf. *Sermo de duabus naviculis in Evangelio* di MASSIMO VESCOVO DI TORINO, attribuito per molto tempo a sant'Ambrogio, ed. a cura di A. MUTZENBECHER, *Maximi episcopi Taurinensis sermones*, Turnholti, 1962 [Corpus Christianorum, Series Latina, 23], p. 193; vedi la p. 54 di questo studio.

(3) Cf. *Dictatus papae* 26, E. CASPAR, *Das Register Gregors VII.*, Berolini, 2. unveränderte Auflage, 1955 [MGH Epistolae selectae in usum Scholarum, t. II, fasc. II], p. 207 e la p. 61 di questo studio.

(4) Vedi la p. 85 di questo studio.

Romana namque Ecclesia non ab homine, neque per hominem, sed ab ipso capite nostro fundata est⁽¹⁾. Super hanc, inquit, petram edificabo Ecclesiam meam^(a). Ipse siquidem in fundamento eius lapis est preciosus^(b), super quem apostolica fides confirmata est^(c), in qua de vivis et electis lapidibus^(d) omnium catholicorum surgunt parietes. Non caro et sanguis revelavit Petro quod Christus esset filius Dei vivi^(e), neque vir sanguinum^(f) edificavit Ecclesiam. Debet quippe regina Saba auri et argenti ferre multa milia^(g), Hiram rex Tyri aurum, et argentum, ligna et multa alia^(h), sed nulli tamen || f. 20 secularium licet ordinare Ecclesiam⁽²⁾.

Romana siquidem Ecclesia princeps est omnium Ecclesiarum, magistra et domina, cui ligandi solvendique principaliter a Domino est concessa potestas⁽¹⁾. Nam sicut beato Petro non solum agnos verum etiam oves pascendas commisit⁽¹⁾, sic Ecclesie in Petro fundate non solum populorum gregem, sed ipsos insuper gregum pastores ubique terrarum subiecit, quod evidentibus argumentis approbamus:^(aa) Si Ecclesia Romana sponsa Christi est, immo quia est, et de sponso et sponsa scriptum est: erunt duo in carne una^(m) - sacramentum hoc magnum est, dicit apostolus, ego autem dico, in Christo et in Ecclesia⁽ⁿ⁾⁽³⁾-, qui in corpore Christi non sunt membra^(o), utique Christi esse non possunt⁽⁴⁾, et si Filio subiecit Pater omnia^(p), que in celis et que in terra sunt, eadem procul dubio omnia sponse eius subiecta

(a) Matt. 16, 18. (b) 3 Reg. 5, 17. (c) Cf. Matt. 16, 13-17. (d) 1 Pietro 2, 5.
 (e) Matt. 16, 17. (f) 2 Reg. 16, 7, 8. (g) Cf. 3 Reg. 10, 1-13. (h) Cf. 3 Reg. 5.
 (i) Cf. Matt. 16, 19. (l) Giov. 21, 15-17. (m) Gen. 2, 24. (n) Efes. 5, 31-32.
 (o) Efes. 5, 30; 1 Cor. 12, 27. (p) 1 Cor. 15, 27-28.

(aa) Ms.: approbemus.

(1) Cf. *Dictatus papae* 1, (E. CASPAR, op. cit., p. 202); cf. anche il c. 63 del libro I della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit., p. 32) e la p. 57 di questo studio.

(2) Cf. il c. 8 del libro V della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit., p. 234), vedi la p. 85 di questo studio.

(3) Sulla presenza dell'immagine delle nozze tra Cristo e la Chiesa negli altri scritti di Anselmo, cf. la p. 64 di questo studio.

(4) Cf. S. AUGUSTINI *In Ioannis epistolam ad Parthos tractatus* I, c. 12 ed. in MIGNE PL 35, col. 1986, e vedi la p. 63 di questo studio.

sunt et per eam multiformis sapientia Dei principibus et potestatibus innotescit etiam in celestibus^(a). Pro cuius fide rogavit Christus ut non deficeret⁽¹⁾ et Petro precepit ut fratres suos confirmaret^(b). Unde colligi potest, quod^(aa) sicut Romana Ecclesia nunquam erravit⁽²⁾, sic usque in finem seculi Deo protegente in fide perseverabit. Cum enim clavigero Petro a Domino dictum sit: quecumque solveris super terram erit soluta et in celis et tibi dabo claves regni celorum^(c), cum Petrus in ea usque in finem seculi, per fidem que non deficiet^(d), presideat, patet profecto quod qui extra Ecclesiam Petri est, ligandi et solvendi potestatem habere non potest. Et cum a Petro sacerdotalis ordo ceperit⁽³⁾ et propter illum in Ecclesia eius principium novi sacerdotii sit, constat procul dubio quod^(aa) veri sacerdotii locus extra hanc esse non possit⁽⁴⁾. Quicumque ergo istius membrum non est^(e), istius precepto non obedit, istam non sequitur, ab ista dissidet, fidei exors est, quia eius fundamentum fides est^(f). Nec corporis et sanguinis Christi particeps esse potest, quoniam nisi in ista ministrari et immolari corpus Christi non valet⁽⁵⁾. Non sine causa Dominus se viti, fideles vero palmitibus comparavit^(g), quia in Illo radicati omnes sancti unam sanctam Ecclesiam, quasi electam, unam per totum mundum diffundunt, fundatam super firmam petram^(h), quam singu-

(a) Efes. 3, 10. (b) Luca 22, 32. (c) Matt. 16, 19. (d) Luca 22, 32.
 (e) Efes. 5, 30. (f) Cf. Matt. 16, 13-17. (g) Giov. 15, 5. (h) Cf. Matt. 16, 18.

(aa) Ms.: quia.

(1) Cf. il c. 65 del I libro della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit., p. 33) e la lettera di Anselmo a Guglielmo il Conquistatore, ed in C. ERDMANN - N. FICKERMANN, *Briefsammlungen aus der Zeit Heinrichs IV.*, Weimar, 1950 [*MGH Briefe der Kaiserzeit*, 5], p. 17.

(2) Cf. *Dictatus papae* 22 (E. CASPAR, op. cit., p. 207); i cc. 13 e 35 del libro I della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit., pp. 12-13, 21), vedi la p. 60 di questo studio.

(3) Cf. il c. 1 del libro I della *Collectio canonum*, (F. THANER, op. cit., p. 7) e la p. 65 dello studio.

(4) Cf. PROSPERI DE AQUITANIA *Liber Sententiarum ex operibus S. Augustini delibatarum*, cap. 15, ed in MIGNE PL 51, col. 430.

(5) Vedi la p. 68 di questo studio.

f. 20v laris ferus non exterminat^(a) (1): || nunquam enim porte inferi preva-
lebunt adversus eam^(b). Extra quam qui de vite fructificante precisus
fuerit⁽²⁾, nec ipse fructus esse poterit, nec valebit de se fructuosus esse,
et ad nil valet ultra nisi ut in ignem proiciatur et ardeat^(c). De
silva siquidem ligna infructuosa, nodosa, distorta assumuntur et, quam-
vis cum magno, multoque labore precisa, dolata, edificationi coap-
tantur; precisum vero sarmentum nullo usui reservatur. Sic omnis
qui in unitate catholice Dei Ecclesie non est, in nullo suo labore, in
nullo suo opere, in nullius fructu misericordie, nec in oratione nec in
ieiunio Deo placere potest⁽³⁾. Et si tradidit corpus suum ita ut ardeat^(d),
inferni incendium evadere non poterit⁽⁴⁾. Extra quam remissio pecca-
torum non datur⁽⁵⁾. Que potestatem habet singulari privilegio sol-
vere et ligare^(e) quicquid voluerit⁽⁶⁾, adeo ut quicumque cum excommu-
nicatis ab ea loquitur, licet adversus fuerit, sit quasi ille qui extermi-
nare vult Ecclesiam Dei et non tam infamis, quam excommunicatus
efficiatur⁽⁷⁾. Ideo non modicum dolemus multorum ruinam, qui a
fide universalis Ecclesie matris deviauerunt, quibus melius esset si

(a) Salmo 79, 14. (b) Matt. 16, 18. (c) Giov. 15, 5. (d) 1 Cor. 13, 3.
(e) Matt. 16, 19.

(1) Vedi le pp. 70-72 di questo studio.

(2) Sulla presenza di questo concetto nel *Liber ad Wibertum*, cf. la p. 72
di questo studio.

(3) Cf. il c. 6 del libro XI della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit.,
p. 573).

(4) Cf. il c. 59 del libro XII della *Collectio canonum* (Vat. lat. 1363, f. 219v)
e la p. 74 dello studio.

(5) Cf. S. AUGUSTINI *Enchiridion ad Laurentium, seu de fide, spe et caritate*,
cap. 65, ed. in MIGNE, *PL* 40, coll. 262-263.

(6) Cf. il c. 6 del libro I della *Collectio canonum*, (F. THANER, op. cit., p. 9).

(7) Cf. il cap. 18 della prima decretale di Pseudo Clemente, trasmessa
dallo Pseudo Isidoro (P. HINSCHIUS, op. cit., p. 36), vedi anche la lettera di
Gregorio VII ad Ermanno di Metz, del 15 marzo 1081, (ed E. CASPAR,
p. 551 e la p. 78 di questo studio. Sul concetto dell'*infamia*, cf. i cc. 5-6,
8-9 del libro III della *Collectio canonum* (F. THANER, op. cit., pp. 120-122).
Vedi anche G. MAY, *Die Bedeutung der pseudo-isidorischen Sammlung für die
Infamie im kanonischen Recht*, in *Österreichisches Archiv für Kirchenrecht*, 12
(1961), pp. 11, 93-107 e 201.

viam veritatis non cognovissent, si fidem non promisissent; sed uti-
nam ad misericordiam eius confugiant, qui non vult mortem pecca-
toris sed ut convertatur et vivat^(a), et redeant ad sinum Ecclesie,
de qua miserabiliter exierunt. Quod si facere noluerint, non solum
omnis labor eorum inutilis erit, verum etiam omnes iniquitates eorum,
quos errare fecerunt, imputabuntur eis^(b). Det illis Deus cor peni-
tens et gratiam, quam perdidit, cum bonorum incrementis. Nos
enim omnibus, qui ad Deum converti et penitentiam errati sui agere
voluerint, reconciliari non differimus. Nam quid est aliud excommu-
nicatum absque satisfactione recipere, nisi aut preponere fidei inte-
gritati corruptibilis hominis caritatem, aut utrumque simul velle
habere, Dei videlicet et seculi amorem, et duobus dominis servire^(c) (1)?
Si autem incorrigibilis aliquis extiterit, nulla ratione, nullo pacto,
nulla false utilitatis fallacia, nulla frivole pietatis seductione, eius
amicitia perfrui consentimus, quia Deo se amicum procul dubio
denegat || qui eius placet inimico. Cum ipsa etiam condempnetur
voluntas, sicut scriptum est: Quicumque voluerit amicus esse seculi
huius, inimicus Dei constituitur^(d). Qui vero tantam suaviteriam
divine dilectionis intelligit, quod videlicet via nostra, satietas nostra,
patria nostra, requies nostra, ascensus noster, reclinatorium nostrum
sit ipse auctor totius pietatis, qui nobiscum manet, in nobis habitat,
nos gubernat usque ad consummationem seculi^(e), qui sanctis tantas
delicias preparatas non ambigit, nonne stultissimus omnium est, si
mundum diligit, omni iniquitate, dolo, tribulatione et angustia ple-
num? Que enim calamitates et miserie non mundum undique cir-
cumcingunt? Undique amaritudinibus plenus est, undique cladibus
feritur. Ubique gemitus, ubique luctus, nusquam certum gaudium,
nusquam permanens leticia, nusquam verum refrigerium. Omnia
transeunt et cadunt. Qui hec intelligunt beati sunt si mundum ipsi
despiciunt, si proximos omni studio ab eius amore compescunt et
ad Creatoris dilectionem et unice matris Ecclesie gremium conver-
tunt. Pastores enim Ecclesie nullum temporale commodum, nullius

(a) Ezechiel 33, 11. (b) Cf. Ezechiel 3, 18. (c) Matt. 6, 24. (d) Giac. 4, 4.
(e) Matt. 28, 20.

(1) Vedi la p. 79 di questo studio.

timorem, nullius amorem transitorium saluti animarum debent preponere, sed tam per sacerdotalis officii vigorem quam per principum fidelium fortitudinem⁽¹⁾, errantes ad ovile Domini instantissime reducere. Hinc namque scriptum est quod cum Salomon edificaret templum Domini, ab Hiram rege Tyri adiutorium petens, artifices, ligna et aurum, prout opus habebat, accepit^(a). Quid per Hiram, qui vivens excelsae interpretatus, figuratur nisi principes seculi, prediti sapientia, consilio et divitiis⁽²⁾? Quos pacificus^(b) noster in adiutorium sibi asciscit et, sicut per beatum Iob dicitur, in fortitudine illorum fiduciam ponit^(c). Quibus tamen libertatem non concedimus seviendi vel rapiendi vel iniuste vivendi, sed impietati illorum, qui verum sibi crucifigunt et ostentum habent Filium Dei^(d), istorum sancte intentionis opponimus desiderium, illorum sevitiarum horum clementia temperantes, et sicut Moyses legislator⁽³⁾ || oculum pro oculo, dentem pro dente^(e) etcetera huiusmodi, ad reprimendam impietatem gentium populo Dei divina inspiratione concessit, sic istos in inimicos veritatis vindictam exercere⁽⁴⁾ pro zelo, divini amoris proposito, pietatis officio volumus et laudamus.

f. 21 v

Dominus noster Iesus Christus, qui vult omnes homines salvos fieri^(f), det omnibus qui ipsius censentur prenomine, illuminatos oculos cordis^(g)⁽⁵⁾ ad cognoscendam viam veritatis sue, ut expulsis peccatorum tenebris, videant voluntatem eius et, resolutis necessitatis nexibus, gressus suos^(aa) dirigantur in semitis eius^(h), ne unquam obdormiant in morte⁽ⁱ⁾ nec, ultra naufragantes, mundi querant societatem vel pacem vel amorem. Amen.

(a) Cf. 3 Reg. 5, 1-3. (b) Cf. 1 Par. 22,9. (c) Giobbe 35,11. (d) Ebrei 6, 6.

(e) Esodo 21, 24. (f) 1 Tim. 2, 4. (g) Efes. 1, 18. (h) Salmi 26,11. (i) Salmi 12, 4.

(aa) Ms.: eorum

(1) Vedi la p. 88 di questo studio.

(2) Vedi la p. 87 di questo studio.

(3) Cf. il c. 1 del libro XIII della *Collectio canonum, Vat. Lat. 1363*, f. 231. Cf. *Liber ad Wibertum* di Anselmo di Lucca, ed. a cura di E. BERNHEIM, in *MGH Libelli de Lite*, I, p. 525.(4) Cf. il libro XIII della *Collectio canonum, Vat. Lat. 1363*, ff. 231-240(5) Cf. *Liber ad Wibertum*, cit., p. 528.

Alexandri Telesini, « Ystoria serenissimi Rogerii primi regis Sicilie », Lib. IV, 6-10⁽¹⁾

(Twelfth century political propaganda)

Under the name *De rebus gestis Rogerii Sicilie regis*, Abbot Alexander of Telese's account of Roger II's conquest of the south of the Italian peninsula has always commanded close attention. The recent re-appearance in Barcelona of the only known manuscript version⁽²⁾ of it, has now provided the more graceful title of *Ystoria serenissimi Rogerii, primi regis Sicilie*, together with five additional chapters not included in the *editio princeps*⁽³⁾ and therefore hitherto unknown.

These five fresh chapters at the end of Lib. IV contain a set of prophetic dreams, which forcefully remind their reader of the current use of the words 'public image' to describe efforts made to present in a favourable light the head of a state, a political party or indeed any other celebrity. The mediums employed at present for this purpose are the press, the radio or television and as all three of them are of comparatively recent origin there has been a tendency to forget that the need to create a glamorous 'image' for public consumption is no novelty. But in fact it is only the means employed which varies and in

(1) Printed *infra* p. 122.(2) *Infra* p. 121.(3) HIERONYMO SURITA, *Indices rerum ab Aragoniae regibus gestarum, ab initiis regni ad annum MCDX*, Caesaraugustae 1578, pp. 97-140. For other editions, all of them based on Zurita's and made without access to the ms., v. *infra* p. 121 note 2.